

S.

Exercitium Oratorium
de Problemate illo insigni,
Utrum melius privatim, an
publicè & in Scholis adhibeatur in-
stitutio?
intimat

ad diem 28. Februarij. h. 8. Anno 1656.

M. Joh. Bohemus Rector.

Erpen. Proverb. Arabic. Cent. 2. 25. pag. 73.

לא פחר באלמלי ואלנסב
 כל פחר באלעלם ואלארב ;

La fachra bilmali vvannafabi,
 Bal fachron bililmi vvaladabi.

*Non est gloriatio in opibus & stemmate:
 sed gloriatio in scientiâ & eruditione.*

In Electorali Dresdâ
 exprimebat Melchior Bergen

M. H. 22.

a. XII. 32.

Coll. diss. A
 12, 32

ἐν τῷ ὀνόματι
 τῷ θεῷ ἀεὶ πιστῶν περὶ πεισθῆ,
 ἀνάγνωθι, γυνῶθι, καὶ σύγγνωθι.



Nter Gloriosissimi Imperatoris Ca-

roli V. praeclare dicta retulit Iovius: solitum Imperatorem lustratarum occupatarumve abs se urbium felicitatem ex tribus P aestimare, si Pa- stor, Praeceptor, Praetor recte atq; ordine se haberet. Ad iudicii exquisitioris quippe dioptram sibi revocavit Rex sapientis- simus, fontem & radicem omni καλοῦ ἀγαθοῦ πράξις, probi- tatis & beatitatis esse, felicem nancisci institutionem: perpendit secum Rempublicam ex educatione sanguinem & spiritum capere, ex hac servari juxta atq; augeri. Quid sodes Respublicae, quid civitates sine scholis? quid Regna, sine literario hoc regno? & nisi sint, qui ad virtutum exempla geniti, tanquam surculi suc- crescant, in arborum concidentium locum, aliquando depangen- di? Verum ut speculum, sic ingenium est, & ut argilla, ita ju- ventus, quam capit imaginem, reddit. Atq; hinc complicatam a- nimi sui notionem evolvens, censuit cum Plutarcho, ut, quem- admodum membra infantis statim ab ipsis natalibus finguntur, quò recta adolescent, non distorta: ita etiam jam inde ab initio indo- les ejus formetur: quumq; Scientia diadema sit puero, & intellectus torques aureus; via verò ad veram eruditio- nem ardua sit & scopulosa: adeoq; ingeniorum tam distorta saepe & monstrosa facies, ut sexta ærumna Herculis nequicquam ad illam sit comparanda, iuventutem, ὡς ἐ τῷ θεῷ ἀπαλα- λάτῃ, statuit augustissimus Heros non ἀδοκίμοις vel παρασῆμοις, h. e. hominibus non probatis & obscuris, quibusq; excellens illa & pulchra res Eruditio, ne de facie quidem sit nota; sed qui sint ἐμπερίους ἀγίστοι, h. e. singulari peritiâ præditi, quibusq; satis fides insit & eruditionis, tradendam, publicaeq; institutioni esse committendam: Magistratusq; esse officium, omnes consiliorum vires huc referre, ut sanctitas & firmitudo Scholarum sit inde- mnis, ut honor educationis publicae conservetur, ut publicorum Do- ctorum autoritas salva maneat atq; integra. Atq;

E. Lutherus Tom. 2.
 P. 455. seqq.

Prov. Salomonis.
 Prov. Arabic. Erpe-
 nij Centur. 2. pag.
 71.

Plutarch. de Educat.
 ingenuorum Puero-
 rum part. 2. c. 2.
 Junius in Polit. Qua-
 stion. part. 2. p. 59.
 Camer. Hor. succif.
 part. 3. c. 51. pag.
 281.



Atq; huic Imperatoris sententiæ παμψικφει suffragantur & sub-
scribunt Censoria Sapientum Decreta: mandant idipsum Rescri-
pta & Diplomata Principum gravissima: jubent Constitutiones
Ecclesiasticæ Sanctiores; præcipiunt Senatus Consulta: volunt
Clarissimarum civitatum Legislatores.

Multis sæpe glaucoma ob oculos objectum fuit istis nescio quo-
bus noviter inventis infundibulis, quibus cum paucos menses quidam
deceptores (Præceptores volebam dicere) nescio quam Eruditio-
nem arroganter & ἀποφωλιως, polliciti fuerunt, Vitreum vas
cum vulpeculâ Æsopicâ à Ciconia elusa, tantum lambentes, pul-
tem ipsam non attingentes. Solidum sit, quodcumq; subest. Quem-
admodum enim semina summo solo sparsa, celerius quidem se ef-
fundunt, sed fundi pinguedine destituta, concidunt illicò, & col-
labascunt: sic puerorum mentes superficiariâ hâc, & verbosa in-
stitutione delibutæ, multa spondent, pauca præstant. Videntur
hi similes esse Medicis, qui parum docti languidos multos officiosè
necant.

Cæterùm de hoc Zetemate, quare videl. publicus Pædie
cultus vel maximè in Republicâ vigere debeat, & cur satius sit Libe-
ros foris, quàm domi ad Sacra Minervæ duci, eorumq; ita ad me-
liora commasculare indolem, modo per occasionem, & κατ' ἀ-
φορῶσιw, quum Discipuli ipsi hoc thema in præsens sibi, in
quo ingenij amœnitates, vel ut Scaliger ait, felicitates periculi
tarentur, & memoriæ elegantias exercerent, elegerint, officij &
conscientiæ ratione jussus, nonnulla Prudentum Placita, adumbra-
ta potius & adfecta, quàm elaborata & perfecta, adeoq; Phi-
losophico magis schemate incedentia, quàm oratoriarum elegan-
tiarum emblemate, aut verborum lenociniis superbientia, edisser-
tabo, publicam informationem, si ea sit à fideli & eruditâ manu,
privatâ meliorem ostensurus. Veritatem produco hic in prosceni-
um, quæ quum sit Virgo castissîma, non vultu cerusâ fucato, aut
cultu mangonizato, sed ad honestatē exquisitio, introducenda est.

Quia Educationis forma excellentior est atq; constantior, 1. Ratio ab ipsarum
quæ consistit in Sapientiâ Magistratus, & consensu totius civitatis, Scholarum condi-
tionem. quàm quæ ab unius alicujus, sæpè improvidi, judicio dependet.

A 2

Quia

Iul. C. Scal. de Sub-
til. ad Cardan.
Exerc. 308. pag.
999.

vide Heideri Polit. p. 174. seq. in Topic. & 1. Ethic. Aristotele **Quia** præstabiliora sunt, quæ jussu Magistratus publicè docentur, quàm quæ privato arbitrio deliguntur. Magis enim eligendum, quod pluribus Sapientibus, quàm quod uni alicui visum.

Quia Scholæ maxima Reipublicæ pars sunt; partes verò Reipublicæ etiam publicè auctoritate administrari oportet.

Quia efficacior est institutio, quæ fit inter multos, quàm paucos: frequentia enim Auditorum studium excitat Docentis, cujus alacritas ipsos quoque Discipulos multò aiacriores reddit.

Quia domestica institutio plerumque aut est rigorosior, aut remissior justo: indulgentior, incertior &c.

Quia Scholæ æquiparantur Exercitiis Religionis, quæ pro cuiusque arbitrio in Republ. concessa non est. Ergò non indulgendum, ut quilibet sibi φωλακίγιον pro cæco suo lubitu constituat.

2. A Magistratus
Auctoritate venerabili.
In der 7. Predigt
von öffentlichen
Schulen pag. 166.
seqq.

Quia verenda Magistratus violatur existimatio, dum quod publicè fieri voluit, privatim administratur. Schulen aufzurichten / sagt Doct. Job. Müller in Hamburgischen Schulpredigten / gehöret zum Jure Episcopali, und sollen sich Privat Personen dessen nicht unterfangen. &c.

Quia ipsæ operæ Scholasticæ expresso Magistratus decreto nituntur, à quo quicumque deflexerit, contumaciam incurrit.

Vide Parænesin meam ad Studia linguarum p. 145. seqq.

Quia Scholæ publicæ per tot clancularias (dum jactabundi nonnulli, auræ popularis & vulgi gloriæ aucupes, ultra 20. 30. Discipulos privatim informant, totas plateas undecumque ad se cum depressione famæ Præceptorum Publicorum, pelliciunt, & quandoque etiam sagacibus atque prudentibus fumum vendunt, promittentes novam nescio quam Methodum, quæ tandem in fumum abit,) incolumitas & auctoritas imminuitur, quod absque maximâ injuriâ non fieri, quivis cordatus facile fatebitur.

3. A Præceptorum personâ & officio.

Quia & officium & Auctoritas Præceptorum publicorum, qui publicè censurâ electivaria specimina ediderunt, publicam censuram sustinent, & subinde rationem reddere tenentur, indies magis magisque vilescit, & consequenter studia literarum ipsa.

Quia si Scholarum Præceptores non sunt in pretio & hono-

re, si omnium postremis, & infra sordida penè officia censentur, si è Doctis etiam quidam Scholasticum ordinem despiciunt, & turpe putant doceri, quod didicisse quotidiè cum fastu ostendant, ut à consuetà industriâ & sedulitate subinde quicquam de-
cedit, & recta educatio perit: ita sensim ipsa Ecclesia & Respubl. **Heidmanni Polit.**
collabascunt; etsi pauci sint, qui id videant. **p. 255.**

Quia Civium ergà publicè Docentes, qui aliàs sat tenuiter vivunt, benevolentia & liberalitas (quibus tamen juxta Aristotelis Ethnici pronunciatum ἰσοῦστος ἔμισθον, sive æquivalens pretium reddi nequit) redditur minor, quo grandi impedimento & contemptu & illi, qui se Scholæ factos vident, & creditum negare nolunt, à functionibus istiusmodi, quum ingenuitas non ferat contemptum, deterrentur, & scholæ tandem à vilissimis quibusq; & mancipiis administrabuntur. Annon ita timenda tandem universalis augustissimi virtutis palatii vastitas, ruina, desolatio?

Quia ut dictum, multi Praeceptores rei indignitate permoti, saepenumero in medio præclare merendi cursu, velint, nolint, deficiunt, & in aliud vitæ genus transire cogitant, quod minus laborum habeat, plus vero commodi ac dignitatis promittat. Et quid mirum? quum imperitorum hominum censu, privati pluris saepe aestimentur, inter quos tamen crassi quandoq; sunt, ut mollissime dicam, καὶ ἀπόφασιν ignorantia fratres. Literæ illorum satis testantur: sonat vitium percussa, malignè respondet viridi non cocta fidelia limo. Digni proinde, quos iratior Minerva casside suâ & cuspide penitus à Sapienciæ adytis arceat.

**Pers. Sat. 3o
v. 20.**

Quia domi uti oportet Magistro, quo possumus, foris delibato habito, quo volumus.

Quia Praeceptores alacriores sunt, & plus mentis ac spiritus concipiunt multis congregatis, quàm singulis presentibus.

Quia non ferimus sartores, sutores & alios id commatis opifices, qui artem, quàm profitentur, absq; publicis experimentis & examinibus, stantulum tractare conentur. **Quin Institor by-**

A 3

bero

Florileg. Hebr. Bux-
torff p. 66.

Raderus in Cur-
tium cap. 8.

De Educat Liberor,
part. 2. c. 2.

bernae tegetis, frivolaribus, fricti ciceris & nuclei emtor, ipsiq; qui
Scrutariam faciunt, sine Magistratus censurâ non admittuntur.
Quomodo ergo nos Eos, qui non legitime probati liberi nostris

כל אדם ללמוד אבל אין כל אדם זוכה
ה e. Quivis homo potest discere: sed non qui-

vis homo potest docere, dicunt Hebraei sapienter. Ale-
xandro maximo orbis Imperatori summus sapientiae Magister,

Aristoteles datus est doctor & institutor, qui hodieq; in spatiis
Philosophorum regnat, & in omnibus sapientiae domiciliis, adeoq;
toto orbis theatro de sapientiâ triumphat. Gravissimum hac de

re iudicium Plutarchi in vernaculum nostrum eloquium, quum
formis Graeci destituamur, transfusum, hic non pigror adscri-

bere, sic autem ille: Nun muß ich auch von dem / welches vor
das grösste und fürnembste zu halten ist / sagen: Man soll

den Kindern solche Lehrmeister außsuchen / welche an ihrem
Leben und Sitten unstrâfflich / und an Erfahrung vortreff-

lich seyn: Denn eine rechtschaffene Unterweisung bekom-
men / ist ein Quell und Wurzel aller Tugend. Man möchte

aber wohl etliche Eltern billich anspehen / welche aus Un-
vorsichtigkeit / bisweilen auch aus Unverstand ihre Kinder

unberühmbten und unbekanten Leuten / ehe denn sie sich der-
selbigen erkundigen / pflegen anzuvertrauen. Nun ist zwar

dieses noch nicht so lächerlich / wenn sie es nur aus Unver-
stand thun. Dieses aber ist am nârrischen / daß sie nembo-

lich oft besser / als man es ihnen sagen kan / der Lehrmeister
unerfahrenheit und Unverstand wissen / und Ihnen gleich-

wol dieses alles ungeacht ihre Kinder befehlen / entweder aus
schmeichelen dazu bewogen / oder dem Begehren ihrer guten

Freunde zu willfahren. Diese thun nicht anders / als wenn
ein francker Mensch den tenigen Arzte / welcher ihn / vermit-

telt Göttlicher Hülffe / und erlangter Wissenschaft / wol wie-
der auffbringen / und zu seiner Gesundheit verhelffen könnte /
abschaffe / und einen andern / nur seinem guten Freunde zu
gefallen / annehme / welcher ihn aus Unverstand umbs Le-
ben

ben bringen würde. Oder wenn einer einen guten Schiff-
man gehen liesse/ und auff bitte seines guten Freundes den
aller schlimmsten annehme. Behüte ewiger GOTT! sollte
auch wol einer ein Vater sein und heissen/ und der Freunde
Gunst höher achten/ als seiner eigenen Kinder unterweisung?
B. S. W. Hactenus Plutarchus,

*Verumenimverò ut ignis fatuus, qui veri speciem mentitur,
viatores bene multos ludit, in diversa extra viam trahit, in peri-
cula præcipitat præsentissima: sic & hic non rarò contingit.*

*Quia Schola publica ita vulgò contemnitur, quod lippis &
tonforibus notum.*

*Quia apud Peregrinos, qui magnis sumptibus suos in Scho-
lâ sovent Liberos, malè audire incipit.*

*Quia Discipuli Aliorum exemplo seducti, Scholam & pub-
licam institutionem odise incipiunt, aut saltem dubij redduntur.*

*Quia domi ita facti, & in umbrâ educati, publicas lectio-
nes in ipsis quoque Academiis, unaque Professores aspernantur.*

*Quia prodest multum in Discipulis æmulatio, quæ ὀφθαλμῶ-
σιον & ῥωπύγιον, incitamentum maximum & stimulus ad diligen-
tiam: commodant laudationes, emolumentum plurimum adferunt
vituperationes, poenæ & premia. Laus stimulat Juvenes, veluti
poppysina caballum. Quemadmodum enim metalla mutuo attritu
splendent, neglecta verò rubigine consumuntur: ita quoque animus
humanus dum in publicâ hominum societate versatur, expolitur
& resplendescit; solitarius æruginem quasi contrahit & tor-
pescit.*

*Quia liberi in Republ. sunt communes quoad usum; quia ad
civitatem nati. Itaque & horum institutio communis esse debet &
publica.*

*Quia maxima eruditionis pars est non domestica modo, sed
& peregrina meminisse.*

*Quia omnium iudicio pluri sunt illi, qui publicè instituti,
quàm qui privatim eruditi. Has ob causas Perse quondam pueros
suos publicè informari curabant, ut & Spartani. Et hæc origo
fuit Monasteriorum & Academiarum.*

Quia

4. A plurimis in
Scholam publicam
incommodis.

5. A Discipulorum
non parvis inter-
trimentis.

Doct. Müller in
Hamb. Schul-
Predigten p. 170.

Plutarch. in vitâ
Lycurgi. Xenoph.
l. 1. instit. Cyri
Polybius l. 6. Hæ-

istoriarum. Iustinus
lib. 3. Aristot. l. 7.
Polit. c. 15.

Middendorpius de
Academiis.

Crantz l. 3. Me-
trop. c. 37. Ulm's
sche Schul- Pres-
digen Doct. Dite-
zerus p. 8.

Quintil. l. 1. instit.
c. 2.

l. un. C. de Studiis
liberal. urbis Romae
& Constantinop.
l. 11.

Constit. Eccles. E-
lect. p. 158.

Quia autoritas conciliatur major in publicâ quâm privata institutione. Ita olim Medicis satis erat dicere se Alexandria studiis operam navasse. Sic qui Othricum secundum Archiepiscopum Magdeburgensem meruerat audire Praeceptorem, id autoritatis sibi conciliaverat, ut aliquid supra ceteros accepisse videretur.

Quia amicitia, quâ Respubl. & societates conservantur, firmior contrahitur & constantior. Παλαοχολαστικοφιλία enim, sive amicitia, in scholis inter eos, qui iudem studiis sunt debiti, contracta, ad senectutem usq; firmissimè durat.

Quia domi ea saltem discunt pueri, quæ ipsis præcipiuntur, in Scholis etiam quæ alijs, sive mores sive doctrinam spectes. Eo recta ingenia celebritate gaudent & excitantur.

Quia privati laris & contubernij Discipuli inani αὐδαδεια & persuasione tumescunt, sese cum nemine comparant, solos sese sapere, alios tanquam umbras volitare arbitrantur. Atq; inde est simultatum occasio, animorumq; distractio.

Quia prodest & eo nomine institutio publica, ut qualis sit doctrina, quæ traditur appareat: nec adolescentes decipiantur. quæ causa & Augustissimos movit Imperatores, ut ab ostentatione vulgari amoveri juberent, qui Magistrorum sibi nomina usurpantes in cellulis collectos undecunq; Discipulos circumferre consueverunt. Atq; hinc sapientissima est constitutio Ecclesiastica Sereniss. Elect. Saxon. quæ ita: Nach dem durch die heimliche und Winkel Schul / nicht allein denen von Rathe perordneten Schulmeistern an ihrer Nahrung abgebrochen / sondern auch unter solchen Rahmen und Schein / falsche und unreine Lehre in die Kinder eingeschoben / und fortgepflanzt werden kan. Sollen alle jedes Orts Obrigkeit mit allem Ernst und Fleis daran seyn / damit solche keines weges gestattet / sondern gänzlich abgeschaffet / und der Einwohner Kinder in die ordenliche wolbestellte / reine / unverdächtige Schulen gewiesen. Und da sich einer solcher Verordnung zuwider / Schul zu halten unterfangen würde / derselbe in ge-
bühr

bührlische Straffe genommen werde. *Hic quaedam etiam, ne vid. Chron. Frei-
prolixitas tedium legenti pariat, verba referam ex Mandato berg. D. Andr.
Sereniss. Principis Henrici Ducis Sax. de tollendis Mülleri p. 292.
Scholis clanculariis, sic autem inter cetera ille:* Und begehren
hierauff / Ihr wollet hinförder dieselben abschaffen / derglei-
chen auch / ob ihr mehr seyn würden und euch kund oder wiss-
send weren, und in diesen Verzeichnüs nicht stünden / so wol-
let dieselben keine nachgeben oder verstatten. Doch ob ein
besondrer Bürger einen geschickten Gesellen zu unterweisung
seiner Kinder bey sich in seinem Hause haben wolle / daß soll
ihm unverbotten bleiben / doch daß der selbe anderer Leute Kin-
der zu sich nicht ziehe. 2c.

Et addit paulo post Doct. Müllerus: Und hat der Pag. 292. seq.
Durchläuchtige Hochgeborne Fürst und Herr / Herr Heino Et Annales Frei-
rich Herzog zu Sachsen seine beyde Princken / Herzog Mau- berg. p. 372.
ritium und Herzog Augustum in die öffentliche Schule ge-
hen lassen / und lasse Ihnen Iohannes Rivius der Rector
unter andern die Römischen Historien des Livii, &c.

Anno 1595. den 21. Jan. hat ein E. E. Rath (scribit D.
Müllerus) durch etliche Rathspersonen die Winkel Schulen /
derer damahls sieben in und vor der Stadt gewesen / visitiren
und ernstlich verbieten lassen.

Plura sapientū oracula transcribere possem, sed unico in pra-
sentis contentus ero. Doct. Müllerus inter cetera ita scribit: Es ist D. Joh. Müller
newlich ein Mandat (à Senatu Hamburgensi) publiciret, darin in der 2. Hambur-
ernstlich geboten worden / daß hinführo kein Mensch sich sol- gischen Schul-
te unterstehen einige Lateinische Schule anzurichten / bey predigt p. 166.
Verlust dieser Stadt Wohnung / und andern Straffen / &c.

Quia sequitur inde varia ordinum precipuorum ἀταξία.

1. Ecclesiastici: quia exercitia sacra debitā cum solenni- 6. Ab ordinum
tate obiri non possunt: exequias exiguus puerorum numerus comi- precipuorum va-
satur &c. Clancularij enim inter publica Scholae Alumnos versa- riā ἀταξία
ri sibi dedecori ducunt; alios mores fovent: altiora scil. sapiunt.

2. Politici: quia diversā & educatione & institutione
imbuuntur Discipuli; eāq; de causā moribus & ἔργοις κατὰ δ' ἰδί-

Θεῶν distracti, vix inter se viri facti consentiunt. Sed omnia unitati in Republ. servire debent.

3. **Oeconomici**: quia clancularia institutio ex solâ ἰδιωβελία, existens. justo mollior, tota è Parentis placito, matris arbitrio. Licentia autem omnes sumus deteriores.

7. A multis ipsarum Scholarum Clanculariarum vitis & difficultatibus.

Tom. 4. lat. Jen. fol. 9. 6.

In Instit. Orat. l. 1. c. 2.

Quia multiplicia sunt scholarum Clanculariarum vitia & quibus nonnulla, multa, ut festinantibus accidit, sciens maxime prætervectus, referam, respiciuntq; vel ipsos Præceptores. Quia legitimâ destituuntur vocatione. Vocatio DEI & Magistratus est. Unde igitur Discipulorum salus? Non fortunat Deus, in-

quit magnus ille Lutherus, labores eorum, qui non legitime vocati, & quamvis salutaria adferant, tamen non edificant.

Quia ut plurimum non satis eruditi: (de doctis, qui publica habent eruditionis testimonia, non loquor, qui non tantum fovendi, sed & promovendi: nemo ergo in me nimis sit ingeniosus, & plus dixisse me suspicetur, quam dixerim.) Quodq; parum novit nemo docere potest. Si usquam locum habet illud, non discere, sed didicisse, sanè hic locum habet. Hinc Quintilianus: de Pædagogia hoc amplius, ut aut sint eruditi planè, aut se non esse eruditos sciant. Nihil enim pejus est iis, qui paulum aliquid ultra primas literas progressi, falsam sibi scientia persuasionem induerunt. Nam & cedere præcipiendi peritis indignantur, & veluti jure quodam potestatis, quo ferè hoc hominum genus intumescit, imperiosi, atq; interim scipientes stultitiam suam perdocent.

Quia multi vanâ persuasionem elati, tempus vocationis expectare non possunt; quemadmodum Βαυκοπαυδης ille Infundibulator, qui sese obtrudere, turbas dare, quietos inquietare, religioni sibi minimè ducit.

Quia multi segnitiam sectantur, sua studia tractant &c. Quod in Scholâ publicâ ob quotidianam inspectionem & singulis horum reddendam rationem publici Præceptores prohibentur.

Vel Parentes. Quia propter officia & occupationes, quamvis vel maxime velint, operas ipsas, (quod quidem Plu-
tar-

tarchus requirit,) inspicere non possunt. vel ob imperitiam, in-
stitutionis modum non intelligunt.

De Educat. Pue-
ror. Part. 2. c. 14.

Quia sepius Praeceptores mutare necesse habent, unde sum-
ma discipulorum perniciēs.

Quia si antea binis Pater filium observavit oculis, nunc qua-
ternis, si fieri possit, Praeceptorem respicere debet. Sapissime e-
nim magis in eum animadvertere, quam Discipulos castigari,
necessarium est.

Quia minore sumptu pueri in scholas itant publicas, quam
privatis Paedevteriis deliteſcunt: & ita stipendia pro incerto e-
ventu satis ampla exsolvere tenentur Parentes. Quamvis quidem
in liberorum institutione nullis sit parcendum sumptibus.

VVolffg. Heider,
Polit. p. 174.
Job. Brever. Orac.
p. 373.

Vel Discipulos ipsos. Quia generosioris animi in-
doles ignominiosum sibi ac turpe ducit, inferiora loca semper pre-
mere, inter postremos in discendo haerere; adeoque in vita illa um-
bratili supprimitur. Lumen semper anteponendum tenebris, ma-
ximè iis, qui non sibi ac suis Musis, quod ajunt, canere, sed in lu-
ce aliquando, splendore ac gloria vivere, in hominum oculis ha-
bitare, forum vel cathedram premere, atque consulere exoptant.

Quia timidiores facti quoscunque a incipiente tempore per o-
mnem vitam reformidant.

vid. Jac. Crucij
Epist. l. 4. pag.
580. seq.

Quia laudando vituperandove ita commode excitari non
possunt.

Quia tot modis & mediis ad faciendum officium non im-
pelluntur.

Quia habent diversos profectus: hic legit, ille scribit; hic e-
discit, ille dediscit; hic oscitat, ille recitat; hic scripta compo-
nit, ille Barbara, Celarent, in ore habet: alius Entitates,
Hæcceitates, Quiditates, Formalitates, Actuali-
tates, & quæ sunt ejus fursurus alia, crepat, supra vel Plato-
nem, vel Aristotelem se sapere existimans, ubi has voculas cructa-
re didicerit. Et ita alter alteri impedimento est.

Quia sepe magna discuntur ante parva. In ruinam au-
tem prona, quæ sine fundamentis creverunt, inquit Seneca. Sen. l. 1. de Irâ

B 2

Quia c. 16.

Quia quandoque vana discunt, ut Aristomachus ille Solensis, qui in Muscarum naturam indaganda, pulicumque saltibus metiendis, sexaginta annos consumpsisse fertur.

Quia quos imitentur, non habent. Inter plures est emulatio. A bove majori discit arare minor. Raro proficit, qui, quem emuletur, non habet.

Quia in exercitiis τὸ λόγος non ita proficiunt, quam vix habeant, qui & discursu & perorando eos praebeat. Amicis altercationibus magis, quam tacitis meditationibus proficimus, inquit Scaliger.

Quia continua ejusdem institutione plurimum defatigantur.

Quia φιλοσοφία & futili doctrina persuasione, dum solos se sapere putant, typho superbia inflati, alios despiciunt habent.

Quia nihilo feliciter proficiunt, quod exemplis de facili esset ostendere.

Quia infeliciter Nero solus institutus fuit à Senecâ; Tiberius à Theodoro Sophistâ; Commodus ab Onesicrato; Domitianus à Fabio; Julianus à Maximo. Reherentem audio: sunt incipientes, facile possunt institui, ὡς ὄντες! Etiam in infimis classibus docti & eruditi adhibendi sunt Didascali. Sicut enim vitium primae concoctionis non potest corrigi in secundâ: ita quae in classibus infimis negliguntur nullâ ratione in superioribus emendantur. Quo semel est imbuta recens servabit odorem testa diu. A teneris adsuescere multum &c. Neque ullius momenti est, quod à ἡγετοδικοσωδῆγγοις vulgò obicitur: Liberos in Scholis publicis in turba in hac temporum colluvie non carere contagio.

Respondit jam olim ad hoc Quintilianus. Hic breviter: Quos haec opinio, quae saepe vim facit veritati, dementat, illis sunt similes, qui rentur per S. Scripturam fieri ut tot Sectae sint & Schismata. Ergo jam concludendum: Scriptura negligenda est. Horres conclusionem hanc & merito, & ego illam. Quis status est, ubi non quidam exerrent? Quae domus, ubi non quidam degenerent? Quae Ecclesia est, ubi non Zizania inter bonum semen? nec tollitur Ecclesia propter admixtos malos. Multo Sapiens judicabat

Anna

Inl. C. Scalig. de
subtil. ad Cardan,
Exercit. 308. p. 999.

1. Obiectio,

3. Obiectio.

Matth. 13. 7. 30.

Anna Serenifs, Elector. Saxon. Augusti Coniux
glorifis, recordationis, quæ quum quodam tempore in Schola
Portensi ex Dursfeldio Cantore inter alia quæreret: Num Por-
ta etiam malos haberet pueros? & ille: Clementissima Domi-
na, non omnes sunt boni. laudatissimè regerebat: Mi senex, li-
cet non omnes sint boni, tamen perge in officio & vide, ut reddas
bonos. Et hortus amœnus habet urticas, at propterea hortum non
evertimus. Ita quamvis Schola malos habeat pueros, non tamen
propter eos Scholam claudimus. Hæc illa.

Chronic. Portens.
Bertuchij l. 2. c. 12.
p. 80.

Inverti commodè potest, corrumpi Juventutem malâ educatio-
ne domesticâ, mala conversatione & adulatione famulorum, ne-
gligentia Patrum, indulgentiâ Matrum, oscitantia Padagogorum:
ut Plutarchus quæritur. Quintiliani verba audiemus, qui
ita: Utinam Liberorum nostrorum mores non ipsi perderemus.
Infantiam statim deliciis solvimus. Mollis illa educatio, quam ino-
dulgentiam vocamus, nervos omnes & mentis & corporis fran-
git. Quid non adultus concupiscat, qui in purpuris repit? Non-
dum prima verba exprimit, & jam coccum intelligit, jam con-
chylum poscit. Ante palatum eorum, quàm os instituimus. In-
lecticis crescunt, cothurnis monstrosis incedunt. Gaudemus, si
quid licentius dixerint, verba ne Alexandrinis quidem permitten-
da deliciis, risu & osculo excipimus. Nec mirum, nos docuimus,
ex nobis audiverunt, nostras amicas vident. Omne convivium
obscœnis canticis strepit, pudenda dictu spectantur. Fit ex his con-
suetudo, inde natura, discunt hoc miseri, antequam sciant vitia
esse. Inde soluti ac fluentes, non accipiunt ex scholis mala ista,
sed in Scholas adferunt. &c. hinc illæ lacrumæ. Præclarè
etiam hac de re Juvenalis, dum inter cætera ita:

Lib. 1. c. 3. pag. 3.

Juven. Sat. 14.

Plurima sunt, Fuscine, & famâ digna sinistra,
quæ monstrant ipsis pueris, traduntq; Parentes.
Si damnosa senem juvat alca; ludit & heres
Bullatus, parvoq; eadem movet arma fritillo, &c.
Barbatos licet admoveas mille inde Magistros,

v. 1.

v. 5.

v. 13.

B 3

hinc

v. 32.

hinc totidem, cupiet lauto coenare paratu
semper & a magnâ non degenerare culinâ &c.

v. 41.

Sic natura jubet: velocius & citius nos
corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis
Quum subeunt animos autoribus, &c.

v. 45.

— — quoniam dociles imitandis
turpibus, & pravis omnes sumus. Et Catilinam
quocunq; in populo videas, quocunq; sub axe,
Nil dictu foedum, visuq; hæc limina tangat
Intra quæ puer est. &c.

v. 48.

Maxima de beato puero reverentia. si quid
turpe paras, nec turpieri contempseris annos;
sed peccaturo obstita tibi filius infans, &c.

v. 209.

Hæc (mala) monstrant ve ulæ pueris poscentibus
assem,
Hoc discunt omnes ante Alpha & Beta puellæ, &c.

In Programmate
quodam publico
anno 1651.

* Aristoph. in Nub.
v. 93 φροντιστήρια
h. e. Domus curarū
Häuser der Be-
rübniß præcepto-
res vero v. 100 με-
γιστοφροντιστῶν, h. e.
Solche Leute/die
sich mit vielē Zu-
glück uñ Trangsäl
schleppen müssen /
ἀ φροντίς, cura.
* 3. Objectio.

Malè ergò illi, quando non ex quovis ligno fit Mercurius,
Præceptoribus imputant, quorum sæpe in omnibus conventibus &
conviviis erga quosvis τυχόντας, quemadmodum his ipsis verbis
& inante qveritatus sum, primus sermo de Scholis & Præce-
ptoribus, quos, quod vel nimis lenes, vel nimis duri, vel
tales, vel tales, cum fastidio, ut serio sæpè relatatum fuit, audi-
entium, Theonino dente proscindunt, ignari imponunt. &
* Phrontisteria, in quibus aliàs sat cruciatuum est, & χολα-
σικωτῆροποφροσιῶν, multis, qui rem non satis intelligunt, quosq; cū
juventutis insigni damno, quod Deus, ἐκδικὸν ὄμμα habens, in
Diphtherâ omnino notat, turbant & exosa reddunt. Logici
dicunt: non quodlibet agere potest, in quodlibet, sed necessaria
est in subjecto patiente certa quædam potentia seu dispositio, per
quàm modificatur ad receptionem. * Ad illud quod quidam obji-
cere audent, Præceptorem nempe liber alius uni tempus impende-
re, quàm inter plures partiri posse, appositissime respondet d. l.
Quin-

Quintilianus, quæ apud eum legantur. Unum superaddo:
 modicum est, quod uni impenditur, quum soli plerumq; scribant,
 legant, cogitent, ediscant: in Scholis vero eadem simul ad omnes
 voce proferuntur. Nec enim vox Præceptoris ut Cæna minus plu-
 ribus sufficit, sed ut Sol, totius mundi minister universis idem
 lucis sine deminutione, calorig; largitur & inservit Cl. Andr.
 V Vilcius hac de re graviter ita: Es halten zwar ihrer nicht
 wenig dafür / es sey besser daheim im Hause / denn in der
 Schul einen Knaben unterrichten: weil er möchte unter so
 mancher Mutter Kinder zu was böses verleitet / und verfüh-
 ret werden. Weil sie auch vermeinen / durch einen Præce-
 ptorem könne bey einem allein mehr Zeit / und Fleis angewen-
 det / derselbe ehe / und schleuntger fortgebracht werden / denn
 ihrer zugleich viel. Andere haben sorg / das Schulslein werde
 unrein / wenn es mit Armen umgehe / es sihe unsanfft / kön-
 ne des Geschwermis / und Gerümmel nicht gewohnen / lende
 nicht / das man ihnen harte Zinspreche / möge zum Narren
 gemacht werden / und was des dinges mehr / so das Mutter-
 Herz nicht verschmerzen kan. Aber diese Meinung ist all-
 bereith vor 1500 Jahren von Quintiliano widerlegt wor-
 den. Denn da es mit öffentlichen Schulen die gelegenheit
 haben solte / das einer durch den andern solte verführet wer-
 den / were es freylich besser die Knaben daheim behalten.
 Man findet zwar wohl dergleichen Exempel / denn keine
 Herde so rein / es ist etwa ein stinckender Bock darunter:
 Jedoch haben sich Eltern daheim in ihren Häusern / eben
 das / auch wol vom Pedagogo, von Gesinde / von Andern so
 viel desto mehr zu befahren / je weniger sie selbst auff die Kin-
 der ein Auge haben können. Ja im Hause fallen wol tau-
 senterley Ergernüs für / das wol Eltern nicht meinen / an
 welche Kinder nicht allein gefehrlich stossen / sondern kommen
 auch wol offi dadurch zu allerley Vbel und Unfugend. Der-
 gleichen man in öffentlichen Schulen sich mit nichten zube-
 sorgen. Ferner solte freylich ein Præceptor bey einem Kna-
 ben mehr / den zugleich bey vielen aufrichten / aber die Er-
 fahrung

* Inde SOL שמש
 dicitur, à שמש
 Chaldaicè & Sy-
 riacè, ministra-
 vit.

In Bedencken
 von Schulen
 p. 52r

fahrung weiset es nicht allein anders / sondern sind auch / war-
 umb es nicht geschehen könne denckwürdige Ursachen. Ein-
 zemahl beydes dem *Præceptor* die *Emode* / und daß er ohn
 unterlaß bey einem allein seyn soll. zumahl beschwerlich. Den
 auch einen Knaben nicht anders / als wie ein grosser Berg
 auffm Halse ist / wenn er immer insitzen / einen allein sehen und
 hören soll. Daher endlich das *ingenium* abgemattet / wird
 des Studirens überdrüssig / faul / schläffertig / und zu allen
 Dingen unlustig und langsam. Verderben die *Pronunciation* ,
 und *Aufrede* / bleiben fürchtensam / lernen wenig *mores* , sich
 nicht in die Leute schicken / erstarren / wenn sie jemand's anre-
 den oder ansehen sollen. Wie es denn umb einen *αὐτοδιδάκ-
 τω* und sich selbst Lehriegen Gesellen ein seltsames *monstrum* ,
 und *Ungeheur* ist / mit dem niemand / denn jeder man zu kämp-
 pffen bekömmet / wenn er dermahleins ans Rechte und unter
 die Leute gereth. *vid. Senec. Epist. 6. lun. Tom 1. 5. 6. 7. ora-
 tionum.* Dagegen unter ihrer vielen ist dieses nicht das ge-
 ringste / das einer vom andern lernet / einer den andern an
 und forttreibet / was der an jenem höret im Reden / in Sit-
 zen / im Leben und Wandel straffen / dessen lernet er sich aus-
 fern. Ist höret er einen loben: siehet bald einen andern er-
 höhen / und fortsetzen / welches alles ungläublich / was es bey
 der Jugend vor muß und frommen schaffe / daß ich auch für
 meine Einfalt dafür achte / es könne kein *Præceptor* schärffe-
 rer und löblicher *Disciplin* denn eben diese brauchen / von wel-
 cher *honestâ emulatione* un̄ *contentione* auch *Hesiodus* schreibet :

Lib. 1. v. 290

ἢ τε καὶ ἀπάλαμνον περ' ὄμωσ ἐπι' ἑσγόν ἐγείρει ,
 Hæc & quantumvis inertem , tamen ad opus ex-
 citat.

Es wird auch der gar oft / in dem nur Faulheit steckt /
 Von einem Fleissigern zur Arbeit auffgeweckt.

L. 1. c. 2.

Daher schleusset mit vielen herzlichen Ursachen *Quintilianus*
 das es besser sey in der Schul / denn daheim im Hause die
 Knaben

Knaben zu unterrichten. Wie denn nichts weinigers der me-
nung I. Lud. viues lib. 2. de Discipli fol. 207. &c. neben dem
Sturnio de ludo recte aperiendo auch ist. Und ist wol zu merckes
was Erasmus de Puer. liberal. instit mit sonderlichen Ernst un-
Eyder von der Meinung sehet / do er spricht: oportet Scho-
lam aut nullam esse, aut publicam &c. Hactenus verba V Vil-
kij, viri de Scholâ præclarissimè meriti.

Incidit hic obiter locus insignis è J. Crucio, qui non in-
commodè huc referri potest, tunc, inquit ille, vel maxime profi-
ciunt Discipuli, si se amari sentiant ab ijs, à quibus instituuntur.
Et sentiant, si severitatem Docentis blando imperio, & amicâ
vi temperatam videant, & non nisi invitum ad pœnas compelli,
præsertim in Adultiores. In offensis puerilibus nemo prudens sta-
tim immittit manum ferula. Mora danda. Ut in morbis, secura
illa pharmaca sunt, quæ paulatim sanguinem corrigunt: sic illa in
Scholâ disciplina, quæ molli freno ferocientes pedetentim reducit
in officij gyrum. Si cui est mens tam illiberalis, ut ob-
jurgatione non corrigatur, is etiam ad plagas, ut
pessima quæcunq; mancipia durabitur. Mibi crede a-
mari, coli, diligi, majus imperio est, & sunt vitia quæ sanan-
tur efficacius tolerando quàm tollendo: sunt quibus quies medetur,
& blandissimè jubetur exemplū. Quid mollius stillicidio, & à
tam molli elemento saxa exeduntur, & rupes. Leniter qui
seviunt, sapiunt magis, majorq; semper ab amore, quàm
à metu veneratio. Odi hortulanum, qui à radice olera excin-
dit; nihilq; est, quod minus Præceptorum conveniat, quàm soluto
mentis repagulo, præcepta in iram effusio: quæ quum semel limi-
tem excessit, modum postea non habet, inimica consilio, & sanæ
rationi. Nihil contra quod aquè eum deceat, quàm maximo du-
plicitate, & suo loco indulta clementia; quàm seria ad virtutem hor-
tamenta, acres ad honorem & gloriam stimuli. Hoc qui nequit,
fateatur se nescire imperare discipulis. Est enim insita liberali-
bus ingenii, gloriæ quædam cupiditas, amor laudis, & fuga vi-
superij, & flexiles ac seqvaces sunt mentes Bonorum, quàm-
vis in partem facili & molli viâ ducuntur. Hinc veneratio, &
amor

Jac. Cruce. l. 4.
Epist. pag. 563.

Plutarch. de Educ.
puer. c. 18.

αὐτὸς δὲ τὸς, ἀπὸ
ἐξάπτει. Quem
non verba movent,
verbera nulla mo-
vent.

Quintilian.
Vid. Vilkij Be-
dencken von
Schulen. p. 96.
Lud. Viues de Ado-
lescentium institu-
tione.

amor in Praeceptorem, tanquam in Patrem; hinc obsequia etiam ad nutum; quae Docentis tedia solantur, & levant in pistrino hoc literario, & sudores quasi detergant, in volutando hoc saxo. Sunt verba CL. Crucij. Sed diffundor.

Emio hoc Dilemate: Scholae clanculariae publicis aut praestant, aut non praestant. Si illud producant suos discipulos illi Praeceptores, & evidenti experimento testentur; sin hoc, reddant causas discessus a Scholae publicae, quae clancularias fovent. Si quis inquirat: aut equivalent, & sic datur tertium. Respondeo: Publica privatim antese- renda bonis. Et lux tenebrum praestat. Multi inquit Clariss. Ioh. Breverus, Parentes existimant filios suos domi institutos Platonis fore, qui tamen postea in lucem producti, vix Therfitas a- liquos exhibuerunt Prudentioribus.

Mea isthaec non sunt, sed Sapientum pronunciata. Instar omnium sit nobis Quintilianus in isthoc genere exerci- tatusissimus Magister, quemque propterea Sereniss. Elect. Sax. Docentibus in Scholis legendum serio injungit qui ita: ante omnia, cui in publicae celebritate vivendum est, adsuescat eam a tenero non reformidare homines, neque illam solitariam & velut umbratil: vi- ta pallefcere. Excitanda mens & attollenda semper est, quae in hujusmodi secretis, aut languescit, & quendam velut in opaco sit- tum ducit; aut contra tumescit inani persuasione. Necesse est e- nim sibi nimium tribuat, qui se nemini comparat. Deinde quum proferenda sunt studia, caligat in sole, & omnia nova offendit, ut qui solus didicerit quod inter multos faciendum est. Mitto a- micitias, quae usque ad senectutem firmissime durant, religiosa qua- dam necessitudine imbutae. Neque enim est sanctius sacrum iudem, quam studium initiari &c. Adde quod domi ea sola discere potest, quae ipsi praecipiantur, in Scholae etiam quae aliis. Audiet mul- ta quotidie probari, multa corrigi, proderit alicujus objurgata desidia, proderit laudata industria, unde excitabitur emula- tio, turpe ducet cedere pari, pulchrum superasse majores. &c.

Sed de hisce ex Cl. Brevero differant NOSTRI, cujus Le- gulationem Romanam, ipsius ductum sequuti, ex memoria de- prominent.

Brever. Orat:
part. 1. pag. 368.

In constit. Eccles.
p. 168. Quintil.
lib. 1. instit. c. 3.
p. 30

*proment. Hisce enim Exercitiū, tanquv̄m tadulū sulphuratū
amorem erga humaniora studia in iis magis accendere allaboro.
Hoc autem ordine suo fungentur munere:*

Johannes Christian Schuman Dres-
densis, sub personā Ciceronis Consulis Romani
ferendæ Legis Scholasticæ de publicâ institutione
rationem explicabit.

Johannes Ernestus Hering Dres-
densis, sub personā Tribuni plebis post idoneam
insinuationem civibus præsentibus decretū Con-
sulis proponet & suadebit.

Elias Conradus Dresdensis sub
personā unius è plebe disuadebit Senatuscon-
sultum, Scholasq; clancularias defendet, quum
populus Romanus sit liberrimus, nec sub tale ju-
gum mittendus.

Gottfrid Ehrenreich Springer Dres-
densis, sub persona Consulis Romani, rationi-
bus à plebe allatis refutatis, Legem à Cicerone
latam approbabit & confirmabit.

Quumq; HI in præsens memoriæ & ingenij
exercendi causa Actum hunc Progymnaf-
maticum ita sint exhibituri, quæso quisquis es,
sive Lector, sive Auditor, conatus eorum
benigniori arbitrio & censurâ subleva, ut ita favo-
re tuo animos suos alacrius excitari sentiant, Nos

C 2

quod

quod unum possumus, vicissim grata mentis de-
ditissimæ officia, red hostimenti loco, pollicemur.
Deus, qui solus dat incrementum, pios nostros
labores & actiones, ut inantè, ita & in posterum,
ad divini sui nominis gloriam, prospiciet, fortu-
net, & feliciter evenire sinat. Paulus plantat,
Apollo rigat, DEUS dat incrementum.

P. P. in Electorali Dresda d. 28. Febr.

anno 1656.



Coll. diss. A. 12, misc. 32